

PROPER of the MASS  
COMMON OF A MARTYR BISHOP (Outside Eastertide)

“STATUIT”

*Ecclesiasticus 45, 30; Ps. 131, 1.*

STATUIT ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. Ps. Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. *Ÿ.* Glória Patri.

INFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus propriæ actionis gravat, beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

*James 1. 12-18*

CARISSIMI: Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius.

INTROIT

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever. Ps. O Lord, remember David, and all his meekness. *Ÿ.* Glory be to the Father.

COLLECT

Look down on our weakness, almighty God; and since the weight of our own deeds bears us down, may the glorious intercession of blessed N., Thy Bishop and Martyr, protect us. Through our Lord.

EPISTLE

Blessed is the man that endureth temptation; for when he hath been proved, he shall receive a crown of life, which God hath promised to them that love Him. Let no man, when he is tempted, say that he is tempted by God. For God is not a tempter of evils, and He tempteth no man. But every man is tempted by his own concupiscence, being drawn away and allured. Then when concupiscence hath conceived, it bringeth forth sin. But sin, when it is completed, begetteth death. Do not err, therefore, my dearest brethren. Every best gift, and every perfect gift, is from above, coming down from the Father of lights, with Whom there is no change, nor shadow of alteration. For of His own will hath He begotten us by the word of truth, that we might be some beginning of His creatures.

*Ps. 88. 21-23*

INVENI David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. *V.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei.

*Ps. 109. 4*

ALLELÚIA, alleluía. Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluía.

*From Septuagesima the Alleluia and the Verse Tu es Sacerdos are omitted and the following is said:*

*Ps. 20. 3, 4*

DESIDERIUM animae eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudisti eum. *V.* Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *V.* Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

*Luke. 14. 26-33*

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo caepit aedificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.

GRADUAL

I have found David, My servant: with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him. *V.* The enemy shall have no advantage over him, nor the son of iniquity have power to hurt him.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Thou art a priest for ever, according to the order of Melchisedech. Alleluia.

TRACT

Thou hast given him his heart's desire; and hast not withholden from him the will of his lips. *V.* For Thou hast prevented him with blessings of sweetness. *V.* Thou hast set on his head a crown of precious stones.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: If any man come to Me, and hate not his father, and mother, and wife, and children, and brethren, and sisters, yea and his own life also, He cannot be my disciple. And whosoever doth not carry his cross and come after Me, cannot be my disciple. For which of you having a mind to build a tower, doth not first sit down, and reckon the charges that are necessary, whether he have wherewithal to finish it: lest, after he hath laid the foundation, and is not able to finish it, all that see it begin to mock him, saying: This man began to build, and was not able to finish. Or what king, about to go to make war against another king, doth not first sit down, and think whether he be able, with ten thousand, to meet him that, with twenty thousand, cometh against him? Or else, whilst the other is yet afar off, sending an embassy, he desireth conditions of peace. So likewise every one of you that doth not renounce all that he possesseth, cannot be My disciple.

*Ps. 88. 25*

VERITAS mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

HOSTIAS tibi, Domine, beati N. Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

*Ps. 88. 36-38*

SEMEL iuravi in sancto meo: semen eius in aeternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in coelo fidelis.

REFECTI, participatione muneris sacri, quaesumus Domine Deus noster: ut cuius exsequimur cultum, intercedente beato N. Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

OFFERTORY

My truth and My mercy shall be with him: and in My Name shall his horn be exalted.

SECRET

Graciously receive, O Lord, the sacrifice offered to Thee by the merits of blessed N., Thy Martyr and Bishop, and grant that it may be to us an unfailing help. Through our Lord.

PREFACE OF THE APOSTLES

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd; but through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

COMMUNION

Once I have sworn by My holiness: his seed shall endure for ever; and his throne as the sun before Me, and as the moon perfect for ever: and a faithful witness in heaven.

POSTCOMMUNION

We, who are refreshed by partaking of Thy holy Gift, beseech Thee, O Lord, our God, that through the intercession of blessed N., Thy Martyr and Bishop, we may experience fruits of that which we worship. Through our Lord.